

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Concupiscencia a  
cum fonte primo

Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, id est hoc fine et hoc animo attenderit ut eam concupiscat quod iam non est delectacione carnis sed plane consentire libidini, ita ut non refrenetur illicitus appetitus sed, si facultas fuerit, satietur: hic mechatus est.

Augustinus de sermone Domini libro I.

EGO AVTEM DICO VOBIS, QUIA OMNIS QUI VIDERIT MVLIEREM AD CONCVPISCENDUM EAM → IAM MECHATUS EST EAM IN CORDE SVO. Iustitia ergo minor est non mechari corporum coniunctione, iustitia uero maior regni dei non mechari in corde. Quisquis autem non mechatur in corde, multo facilius custodit ne mechetur in corpore. Illud ergo confirmauit qui hoc paecepit; non enim uenit legem soluere sed implore. Sane considerandum est quod non dixit: Omnis qui concupuerit mulierum, sed: qui uiderit mulierum ad concupiscendum, id est hoc fine et hoc animo adtenderit, ut eam concupiscat; quod iam non est titillari delectatione carnis sed plane consentire libidini, ita ut non refrenetur inlicitus appetitus sed, si facultas data fuerit, satietur.

←

Augustinus Hipponensis, *De sermone Domini in monte*, 1.12.33 (CCSL 35, A. Mutzenbecher ed., pp.35-6, ll.768-780).